Regule Cancellarie Sãctiſſimi do
mini noſtri dñi Leonis Pape. X.
ſuper reuocatione Expectatiuaꝝ:ꝛ
ſpecialiũ Reſeruationũ edite.



¶ Reuocatio Expectatiuaꝝ in totum.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater & dominus noſter dñs Leo diuina prouidentia Papa.X.qui in Craſtinum ſue aſſumptionis ad ſummi Apoſtolatus apicem reuocauit quaſcunq; gratias expectatiuas per felicis recordationis Iulium Papam.II. predeceſſorem ſuũ conceſſas/in aliqua ſui parte effectum ſortitas/ac reualidationes & extenſiones/ eas quomodolibet concernentes. Intendens(predeceſſoꝝ ſuoꝝ inherendo ueſtigiis)gratias expectatiuas/ preſertim in fauorem pauperum Clericoꝝ de proximo concedere. Et rationabilibus ſuadentibus cauſis/ gratias ipſas expectatiuas/a dicto Iulio predeceſſore conceſſas/in dicta reuocatione nõ comprehenſas/ac reualidationes/extenſiones/& mutationes collationũ/eas quomodolibet concernentes/cum quibuſuis/etiam derogatoriarum derogatoriis fortioribus & efficatioribus clauſulis / etiã ſi in eis continetur/ ꝙ in generalibus reuocationibus huiuſmodi nullatenus cõprehendantur / niſi ſub certis modo & forma inibi expreſſis/ reuocauit. Decernens irritum & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoq̃ quauis auctoritate ſcienter uel ignoranter contigerit attemptari.

Placet publicetur & deſcribatur I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Rome in Cancellaria Apoſtolica: Die Iouis/ Prima Menſis

Decembris: Anno Incarnationis dominice Milleſi-moquingenteſimotertiodecimo. Pontificatus prefati Sanctiſſimi dñi noſtri Pape Anno Primo.

¶ Reuocatio ſpecialium Reſeruationũ/ & unionũ zc. de conſilio & aſſenſu Reuerendiſſimo℞ dño℞ Cardinaliũ.

SAnctiſſimus in Chriſto pater & dominus noſter dñs Leo diuina prouidentia Papa. X. qui licet in Craſtinum aſſumptionis ſue ad Apicem ſummi Apoſtolatus quaſcunq; Expectatiuas/ & collationũ mutationes/que in aliqua ſui parte eſſent ſortite effectum: ac reualidationes & extẽſiones eas quomodolibet cõcernentes. Necnon alias/q̃ ſuper quibus per Cancellariam Apoſtolicã littere in forma ſolita expediri conſueuerant Reſeruationes/de quibuſuis etiam Patriarchalibus/Metropolitañ. & aliis Eccleſiis/ac Monaſteris/& beneficiis eccleſiaſticis:necnõ Officiis quibuſlibet Romañ. Curie uacaturis/ cum prouiſionibus/ſeu de prouidendo mandatis/& extenſionibus inde ſecutis/per fe. re. Iulium Papam. II. ſue Sanctitatis predeceſſorem/ in fauorem quorumcunq;/ & quibuſcunq; conceſſas & factas: ac facultates nominãdi/reſeruandi & conferendi: que ab eodem predeceſſore emanauerant: illarũq; uigore factas nominationes & reſeruationes. Necnon omnes uniones/annexiones & incorporationes/ac quaſcunq; conceſſiones & mandata

ſuper unionibus/annexionibus & incorporationibus ex tunc taliter fiendis/quo ad ea/ in quibus nondum ſortite fuerunt effectũ. Ac nuper rationabilibus ſua-dentibus cauſis Gratias expectatiuas ab eodem Iulio predeceſſore conceſſas/in dicta reuocatione nõ com-prehenſas: ac reualidationes/extenſiones & mutatio-nes collationũ eas quomodolibet concernentes reuo-cauerit/& a conceſſione aliaꝝ Reſeruationũ abſtine-re propoſuerit. Quia tamen poſt priorẽ reuocationem hmõi nõnullas ex Reſeruationibus ſpecialibus/ac fa cultatibus nominandi reſeruandi & conferendi / etiã Venerabilibus fratribus ſuis ſancte Romañ. Eccleſie Cardinalibus/per dictum Iulium predeceſſorem con ceſſis. Necnõ uniones de uacaturis/ per diuerſas ſuas ſuas litteras forſan reualidauit & reſtituit; illaſq; & alias ſpeciales reſeruationes/facultates/uniones/anne xiones/incorporationes/aliis/& etiã eiſdem Cardina-libus conceſſis: Conſiderans quantũ ex dictis ſpecia libus reſeruationibus/ unionibus/ facultatibus/ac ea rum reualidationibus & extenſionibus/Eccleſie/mo-naſteria/aliaq; cũ cura & ſine cura beneficia eccleſia-ſtica ſecularia & regularia/ etiã in alma Vrbe exiſten tia/eorũq; perſone grauentur/& ꝙ detrimenta indies ſuſtineãt/ habita ſuper hiis in Conſiſtorio ſuo ſecreto cũ eiſdem Cardinalibus matura deliberatione/ & de illoꝝ conſilio & aſſenſu/ex premiſſis & aliis cauſis ad id animũ ſuũ mouentibus/ Omnes & ſingulas alias q̃ ſuper quibus per Cancellariam predictam Littere

Apoſtolicę in forma ſolita expediri conſueuerũt/ſpe-
ciales Reſeruationes/etiam mentales/& in nullius fa
uorem. Necnon temporales uniones/annexiones/in-
corporationes de primis aut aľs quouis modo uacatu
ris in ſpecie ad certum ſeu certa tunc expreſſa benefi-
cia : uel in genere uſq; ad certum annuũ ualorem/ſeu
aľs de quibuſuis Metropolitañ. & aliis Cathedrali-
bus eccleſiis ac Monaſteriis/aliiſq; beneficiis eccleſia
ſticis cum cura & ſine cura ſecularibus/& quorũuis
ordinũ regularibus / etiam in dicta Vrbe conſiſteñ.
Necnõ Nominationes / ac nominandi & alias facul-
tates/cum prouiſionibus ſeu cõmendis/ etiã in euen-
tum uacatioñ. inſimul cum dictis Reſeruationibus :
uel ſeparatim ſub una & eadem uel in diuerſis Dat[.
Aut de prouidendo ſeu cõmendando / non tamen in
forma Capituli Mandatũ/ per Sanctitatem ſuã con-
ceſſis mandatis. Et in euentum reuocatioñ. reſtitutio
nibus/repoſitionibus/ & nouis conceſſionibus/ac ex-
ceptionibus/declaratiõibus/& atteſtationibus/aliiſq;
indeſecutis/ per dictũ Iulium predeceſſorem/& San-
ctitatem ſuam/uel eius Legatos generaliter etiam nõ
expreſſa perſona/nec in fauorem alicuius/ ſeu in fauo
rem quorumcunq;/&quibuſcunq;/etiam dictis Car-
dinalibus : ac etiã Imperatoris/Regum/Ducũ/Mar-
chionũ/& alioꝝ Principum conſideratioñ. & ex qui-
buſcunq;/etiam urgentiſſimis cauſis/ & cum quibuſ-
uis derogatoriis / & derogatoriaꝝ derogatoriis / & in
quemcunq; euentum reſtitutionis/ aliiſq; fortioribus